

Romae 12 Mart. 1604 : S. Congr. Conc. Trid. Bellarmino

Domino Cardinali Bellarmino, Archiepiscopo Capuano.

Amplissimo Vestro Ill. mo gravissimis questionibus exami-  
nandis atque solvendis assuectus, de hac quoque isthic oborta de-  
liberare sponte sua potuisset, scilicet an de cetero permittere  
debeat, ut in capella exterioris partis cathedralis missa cele-  
bretur. Quando tamen pro sua modestia Sac. Congregationem  
Cardinalium Conc. Trid. Interpretum de ea sibi consulendum pu-  
tauit, ad ipsos Ill. mos Patres de dubitatione ipsa primum refulsi,  
ac deinde rationibus utrinque allatas sigillatim explicavi.

Patres facti specie cognita atque rationibus expensis in  
hanc sententiam omnes venerunt, ut nullo pacto isthaec  
celebratio in huiusmodi capella debeat amplius tolerari:  
Optuisset quidem Sac. Trid. Concilium in singulis missis  
(f. 199<sup>2</sup>) adstantes fideles non solum spirituali affectu, sed  
etiam sacramentali Eucharistiae perceptione communicare,  
ut ad eos huius S. mi. Sacrificii fructus uberius proveniant;  
eos tamen Missas, in quibus solus sacerdos sacramenta-  
liter communicat, non damnat, sed probat; atque adeo  
commendat, quod in eis populus spiritualiter commu-  
nicat. At vero populum, dum missa celebratur, aliis rebus  
intentum atque occupatum, divina illa mysteria  
pro loco, unde est in Ecclesiam prospectus, qualitate  
meditari devote non posse, debetabile est et a sa-  
cro sancti huius sacrificii maiestate alienum. Eant

igitur audiri missam ad ecclesias et praeser-  
tim ad cathedralem, in platea ista commoran-  
tibus commodissimam, in qua digne reverenterque  
tanto Sacrificio adstant, maneat ad Deum  
absque impedimento, imo et cum magno spiritalis  
boni incremento, erigetur.

Amplius Vobis Ill. ma interea hanc cele-  
brationem a se iuxta optime vetitum sciatis.  
Et bene valeat in Domino, quem illi quotidie  
magis propitium cupio, et eius manus officio  
deorator.

Romae die XII Martii anno MDCLIII

---

Archivum S. Congreg. Concilii: Lib IX litterarum  
Congr. (1598-1606) fol. 148<sup>v</sup> et 149<sup>r</sup>.